



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. V. De regno Mexicano, seu Noua Hispania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

212 DE STATV RELIG. CHRIST.

Panamanus. *Panama*, vrbs in isthmo sita, ex  
opposito Nominis Dei.

Chilenis Prouinciae Episcopus, in Vrbe  
S. Iacobi residens, per Paulum V. *San-*  
*tiago de Chilo.*

Imperialis vrbis Episcopus in Prouincia  
Chilensi. *La Imperial.*

Affumptionis vrbis Episcopus in Prouin-  
cia Platensi. *Nuestra Sennora de la Asum-*  
*pcion.*

Parugaianus. *Paraguay.*

S. Fidei. Vrbs S. FIDEI de Bogota in Prouincia No-  
ui regni Granatenis sita, habet Archie-  
piscopatum, per Paulum V. institutum:  
cui subsumt isti Antifitites,

Popaianensis, per Paulum III. an. 1547. *Po-*  
*payan.*

Carthaginienis, in vrbe & portu celeber-  
rimo Carthaginiensi. *Carthagena.*

Vrbis S. Marthæ Episcopus, per Paulum V.  
institutus. *S. Martha.*

His adiungitur à quibusdam Margaritæ E-  
piscopus. De Maniliensi Archiep. in Phi-  
lippinis insulis, suprà diximus.

## C A P V T V.

### DE REGNO MEXICANO, SEV *Nouæ Hispaniæ.*

**M**Exicanum regnum olim, vt dixi,  
lectuum fuit: cuius quidē postre-  
mus

mus Rex *Motezuma*, subactus fuit à Ferdinandō Cortesio; adiutātibus Tlascalæ prouinciæ populis, qui capitalia cum Mexicaniis odia exercebant. Quo factum, ut hodie quæ Tlascalenses ab omnibus vctigalibus sint liberi.

Sic apud Peruanos, post mortem Regis *Guainacapæ*, cùm filij eiusdem *Atagualpa* & *Gaspar* bello inter se de regno contenderet, & vterque Hispanos sibi amicos reddere conaretur, facili negotio Franciscus Pizarrus totum regnum occupauit.

Mexicum porrò, olim *Tenoxtitlan* ab incolis vocatum, Venetiarum instar, medios inter lacus situm, Nouæ Hispaniæ metropolis est, Proregis & Archiepiscopi sedes ordinaria.

## CAPVT VI.

## DE PERVANO REGNO.

**P**Eruuia, regio Orbis Noui cultissima, & auri fodinis censetur ditissima, à Francisco Pizarro an. 1525. detecta: cuius metropolis est Lima vrbs Archiepiscopal, ab eodē Pizarro anno 1535. condita.

Situm habet Peruana ditio ad mare Pacificum, ad quod, auspicijs Emanuelis Lusitaniae Regis, anno 1520. Ferdinandus Magellanes Lusitanus ex Oceano, per

O 3 frē-